

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Lacrima a
cum fonte primo

	→	Ego soleo flere, si culpa mihi desit, hoc est si non me uindicem, si non obtineam quod inprobe cupio; <u>Petrus</u> doluit et fleuit, quia errauit ut homo. Non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuerit.
Lacrimas Petri lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest, abluui potest. Lauent lacrimae delictum quod uoce pudor est confiteri.	←	<u>Lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest abluui potest. Lauent lacrimae delictum, quod uoce pudor est confiteri.</u>
Lacrimae ueniam non postulant et merentur.		Et ueniae fletus consulunt et uerecundiae. Lacrimae sine horrore culpam loquuntur, lacrimae crimen sine offensione uerecundiae confitentur, <u>lacrimae ueniam non postulant et merentur.</u>
Ambrosius super Lucam libro IX.		Ambrosius Mediolanensis, <i>Expositio euangelii secundum Lucam</i> , 10, 88 (CCSL 14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds., p.371, ll.843-852).